



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Censvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

CÆCITAS. CELATIO. CENSURA.

lo fine. Appetere autem cathedram pontificalem, secundum Tho. quolib. 3. q. 4. a. 1. nō licet, quia cathedra pontificalis requirit charitatem excellētem, quam nullus scit se habere. sicut scientiam, idē non est simile de appetitu cathedrae pontificalis. Cēcord. Aug. qui dicit loc⁹ superior, sine quo populus Dei regi nō potest, & si admīnistretur ut decet, indeenter tamē appetitur. Hoc idem Panormitan⁹ in c. eūm in cunctis. de elec̄tione. & gloss. in clementin. 2. de magistris. An liceat recusare iniunctam, infra, Episcopus. §. primo.

2 P R A B L A T I O N E M appetere nō licet secundum Thom. quol. 1. q. 6. a. 1. vbi dicitur, quod qui hanc appetit, aut est superbus, aut iniustus. Et quoli. 5. q. 9. arg. 2. in fin. sic cōcludit, quia difficile est purgatum se quemlibet posse agnoscer. Et secunda secundā. q. 18. 5. argu. 1. & 2. cōcludit, quod est illicium, & p̄sumptuolum, et quod videretur peccatum mortale hoc appetere vel aliquid facere ad hoc. Concord. Pan. in c. per vestras, de iure patron. & dicit ibi Pa. quod non est idē de beneficio simplici. Vide suprā, Beneficiū. §. 16. vsque ad 39. infra, Di- gnitas. §. 3. ibi enim diffusē de hoc dicemus.

CÆCITAS.

CÆCITAS mentis, secundū Th. secunda secundā. q. 15. est mortale peccatum, quando homo non vult intelligere necessaria ad salutem, ut liberiū possit malē agere, sine scrupulo & remorsū cōscientiæ. Secundō, quando ita occupatur in delectationibus Venereis, vel alijs, quod omittit necessariam occupationem, quam Deo tenetur exhibere, ut audire missam in festo, & huiusmodi. arg. d. 38. c. qui ea. Cæcitas mentis, luxuria filia à Gregorio dicitur, sicut hebetudo sensus, gula, de quibus in locis suis infra dicetur.

CEDERE.

CEDERE bonis, debet nō valens creditorib⁹ suis satisfacere, & talis cessio ei ad tria valebit. Primo, ne

incarceretur. Pa. in c. Odoardus. de solutio. suprā, Carcer. §. 4. Secundō, ne excommunicetur: & si erat excommunicat⁹, absoluatur, recepta debita catione de soluendo, si ad pinguiorem fortunam venerit. d. ca. Odoardus. Tertiō, quod non condemnetur, nisi inquantum facere potest, habita ratione ne egeat. Non enim fraudandus est quotidianis alimentis, ff. de te iud. 1. sunt qui in id. Limita hoc, quando non conuenit ratione delicti, quia non haberetur respectus ne egeret, etiam in clero, secundum Panorm. in c. olim nobis. de rest. spol. Et ut valeat, debitum confiteri oportet. Pa. in d. c. Odoar.

C E L A T I O .

C E L A R E peccati alicuius, quod quis indicate teneat, ad correctionem, & penitentiam propter pecuniam, aut gratiā non perdendam, seu ob consanguinitatē, vel huiusmodi, est simonia. vt in c. nemo. de simonia. saltem quod ad punitiouē, & mortaliter peccat, quia contra charitatem agit, proximi salutem minus quam pecuniam, vel temporalem gratiam existimans. Non est tamen propriē simonia, secundum Inno. sed ut simoniatus talis venit puniendus.

C E N S U R A .

C E N S U R A ecclesiastica nominat interdictum, excommunicationem, & suspensionem, vt in c. querenti. de verb. lig. Irregularitas verò quandam indecentiam, sive inhabilitatē dicit, infra, irregularitas. §. 1. Censura etiam ecclesiastica disciplinæ neruus appellatur, secundum Pa. c. cum inter de cons. no. 2.

C E N S U S .

C E N S U S est quedam pensio, quæ de proutib⁹ soluitur. 1. q. 3. c. qualitū. sive quod annuālū soluitur in quantitate, vel summa. ff. de censi. latitatem. & est duplex, videlicet, publicus, & priuatus.

2 Q uod 1 habet ius in quacunque re, in illa censum imponere potest. Institu. de vsu fruct. §. sine testamento. Ecclesijs autem nouos census imponere, vel



vel veteres augere, Episcopis, & præla  
tis circa Papam, prohibetur: vt in cap.  
prohibemus . de censi. etiam si eripe-  
rent eas de manu laici, vt in ca. eccl-  
esijs.cod. titu. Et hoc verum est secun-  
dum Pan.in d. c. prohibemus, quan-  
do ad utilitatem propriam hoc face-  
rent, vt in clemen 2.de reb.eccl. non  
alie. Secus si ad utilitatem alterius ec-  
clesia, ex rationabili causa faciant, &  
stat à prælato Episcopale iurisdictione  
habente , & in ecclesia sibi pleno  
iure subiecta. Tūc enim potest, vt no.

Inno.in d.c.prohibemus, cum consen-  
tu capituli, argu. in c. tua. de his quæ  
fiunt à præl. Episcopus nouum censum  
imponere monasterio non potest. ca.  
cientes.de cens. nec antiquum augere,  
eadem ratione.

3 A V C T I s facultatibus, non potest  
augeri census, nec pars reddituum re-  
tineti, vt in c.nostrum in fin. vt eccl.  
bene dicitur de Episcopis, & de Ab-  
batibus, & alijs interioribus prælatis.  
Et est text.in cle.quia regulares. §. 1. de  
supplen.negli. prælat. nisi locus sit de  
mensa eorum, nō possunt partem red-  
dituum sibi retinere, quam gl. id ver.  
nec veteres.in d.ca.prohibemus. velit  
posse augeri censum, auctis facultati-  
bus, quod glo. sequens limitat, respe-  
ctu presentationis, aut procuracionis,  
non autem census. Secus aut est in pē-  
sione, quia illam quis soluit ratione  
fructuum, quos de alieno percipit, se-  
cundum Bartolū,in l.si merces. §. vis  
maior. ff.loca.

4 P R A E L A T V S, seu rector ecclesiæ,  
non potest præteritum post mortē, eccl-  
esiæ suam constitutre censualem. cap.  
præterea.eod.tit.quia secundum Pan.  
non potest quis alienare res ecclesiæ si  
ne iuriis solemnitate. 12.q.2.ca sine ex-  
ceptione. & à fortiori non potest im-  
ponere censum, cum sit quædam alie-  
natione , & quædam seruitus imposta.  
Potest tamen autoritate superioris.  
&c. ex causa rationabili , vt dictu est.  
Imo simplex sacerdos, etiā in vita sua,  
ecclesiæ suam censualem constitue-  
re non potest, secundum Pan. licet alij  
dicant quod potest se personaliter, &

non ecclesiæ , obligare ad soluendū  
censem.

5 C E N S V S soluendi sunt, secundum  
Pan. post lo. And, in c. olim. de censi.  
ad antiquam monetam, in qua fuerūt  
instituti, similiter & pensiones, vel ad  
eius æfimationem, quod Pa extendit  
ad omne debitum contractum ex qua-  
cunque causa , quod debeat solvi se-  
cundum monetam currentem , tem-  
pore debiti contracti. Vide infrā, Pecu-  
nia. §. 2.

## CHOREA.

1 C H O R E A S ducente ex suo genere  
peccatum non est, aliter nunquā  
liceret, & tamen aliquando licet, vt in  
nuptijs, & publicis latitij, secundum  
Caie.ibi, qui dicit, quod imprudenter  
arcenent rustici affueti diebus festis  
chorreas ducere, quia nisi hæc agerent,  
ocio vacarent, & peius agerent. Vnce  
ex frequentia chorizandi, vel ex die  
festo, non est mortale , nec ex genere  
actus periculum est, quia hic non est  
actus libidinis, sed latitiae: ideo si ex  
qualitate personæ immineat pericu-  
lum libidinis , vnuquisq; sibi prouideat,  
& caueat periculum, sicut caue-  
ret, quando imminaret periculum ex  
aspectu mulieris: licet hoc ex se pecca-  
tum non sit.

2 A C T V S qui ibi ex leuitate fiunt, vt  
stringere manū, & huiusmodi, sunt ve-  
nialia peccata, nisi fiant intentione mala,  
vt prouocandise, vel alios ad libidi-  
nem extra matrimonium, secundum  
Vetus. vel si fiant contra prohibito-  
nem, vel in ecclesia, seu loco sacro, ma-  
gis videtur mortale, quæ veniale, pro-  
pter contemptum præcepti, vel irreue-  
rentiam Dei. Similiter si fierent à cleri-  
cis, vel religiosis cum monialibus pro-  
pter scandalum : secus si fiant ab hu-  
iustmodi sine scandalo inter se , & se-  
cretè.

3 C H O R E A E ad hoc quod sint lici-  
ta, secundum Alber 4.sentē.d. 16. de-  
bent fieri tempore debito. Secundo  
cum honestis personis. Tertio, hono-  
sto modo. Quartò, non simul clericis,  
vel religiosis cum secularibus mulieri-  
bus. Quinto quod sonus , & cantus

g. fiat

